

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 187

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 437.

Cod. CLXXXVII. n. 1.

437.

Cod. CLXXXVII.

Chartae: Fol. maj. 15.

2.
2. M.

j.

Clementis V.
Ep. Constituti-
ones cum Appa-
ratu Joannis
Andreae.

1a-56a

Clementis V. Papa Constitutiones vulgo Cle-
mentinae dictae, sive Liber Septimus Decreta-
rum divinus in libros quinque, cum Appara-
tu Joannis Andreae Jcti Bononiensis: Promul-
gatae sunt haec Constitutiones a Clementis
Successore Joanne XXI. a. 1314, cujus epi-
stola ad doctores Bononienses capitulum primum
de Summa Trinitate &c. praecedit. Initium hujus
epistolae est: "Joannes episcopus &c. Quoniam
nulla juris sanctorum. Apparatus autem, seu
Commentarius Andreae incipit: Johannes
graciorum hoc nomen". Folio primo, quod
est membranaceum, et Clementem V. Concilio
Viennensi presidentem exhibet, legitur:
"Johannes Andreae Glosator voluminis hujus."
Ante capitulum ultimum de verborum si-
gnificatione extat famosa illa Clementis
declaratio in regulam Fr. Minorum, qua in-
scribit: "Cavi de Paradiso"; et quam exhibet
Waddingus in Annal. Min. T. VI. p. 202.
Possidet Bibliotheca nostra Clementinam
cum Joanne Andreae Commentario binam editi-
onem, eamque Ferrasam: unam Petri Schaf-
fer Moguntiae 1476; alteram ejusdem anni
Bavileensem Michaeli Wenster, quas vide
in Antiq. typograph. Biblioth. Seitenstet-
tensis. Ad Calcem Codicis legitur:
"Nomen scriptoris ritu cognoscere velis
Cognomen pariter Jacobus sit tibi poner."

438.

Cod. CLXXXVII. n. 2.

Clemens V. antea Bertrandus Gotto, Gallus pri-
mus sedem Roma Avenionem transtulit, obi-
itque ad 1314. De hoc accurate Salverius in Sa-
pis Avenionensibus. De Joann. Andrea
diximus in Cod. CXXVI. num: 1.

2

Nicol. Lanormi-
sani Commentaria
in Clementinas,

57a-78b

Nicolai Panormitani Commentariam de,
mentinas. Rubrica praemittitur haec: "Cum
quibusdam allegationibus alijs occurrenti-
bus Nota / sic / digne collecte per dominum
Nicolauum Siculum monacensem Abbatem
dignissimum Nunc vero Archiepiscopum pa-
normitanum". Proemium incipit: "Appel-
latione juris venit civile canonicum et
synodale seu municipale". Codex hic
coeteroquin / uti et praecedentes numeri /
elegantissime scriptus in fine mutilus est.

Nicolaus de Tudovich, communiter
Panormitanus, natione Siculus, Ord. S. Be-
nedicti Monacensis abbas, et Archiepiscopus,
opus Panormitanus, Aragoniae regis ad
1431 ad concilium Basileense Legatus, in
jus causam contra Eugenium fortissime tu-
tatus est, diem obiit ad 1445. Vide War-
thon. ad Caesum p: 86, et Fabric. Bibl.
med. & inf. Latin. T. V. pag: 124. cum
Mansu additamentis.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 187

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27524

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER - Online manuscript description \(HMML\)](#)